

- 11 Prædilectio filiorum postorum in conditione non admittenda quoad portionem patruorum.
- 12 Filii ut dispositivè vocati censeantur ad portiones patruorum in fideicommissis transversalium opus habent conjecturis urgentissimis.
- 13 Substitutus cognitus testatori dilectior præsumitur, quam filius hæredis postus in conditione.
- 14 Dispositio Text. in L. Hæredes mei, cum ita ff. ad sen. Conf. Treb. procedit non obstantibus nonnullis conjecturis.
- 15 Reciproca inter primos hæredes non sufficit ad impediendam resolutionem pluralitatis in singularitatibus.
- 16 Nec quod substitutio sit facta pluribus collectivè vocatis.
- 17 Rursus nec qualitas legitime natiuitatis adjecta filiis positus in conditione.
- 18 Digressus ad plures gradus substitutionum rejicitur in d. Textu.
- 19 Prohibitio alienationis inter vivos inducit fideicommissum conservatorium, non verò restitutorium, & n. 20.
- 21 Ratio conservandi agnationem corroborat prohibitionem alienationis, at non inducit fideicommissum restitutorium.
- 22 Maxime si concepta est sine ullo verbo dispositivo.
- 23 Fideicommissum reciprocum lineare non inducitur ex prohibitione alienationis, quatenus per eam induceretur fideicommissum restitutorium.
- 24 Ratio conservandi agnationem cum intelligatur in singulis lineis non inducit reciprocam.
- 25 Vocatio certæ personæ in casu alienationis repugnat prædilectioni filiorum postorum in conditione.
- 26 Immo excludit eorum dispositivæ vocationi ad portionem patrii.
- 27 Agnationis contemplationem excludit prælatio feminarum masculis.
- 28 Vocationem filiorum postorum in conditione sufficit esse dubiam ne excludatur substitutus.

DECISIO XIX.

NON esse dandam Immissionem Cataldo agentis ex Persona Elisabeth de Neriis pro vindicandis Bonis subiectis Fideicommissio Demophontis de Neriis, responsum fuit in Audientia diei 6 Decembris anni elapsi coram Me, ob defectum purificationis ejus substitutionis, ex qua successione debitam fuisse eidem Elisabeth prætendebatur. Admissio tamen eodem Cataldo ad impugnandam editam resolutionem, fuit actum de ejus fundamentis in Rota diei 17 Martii proxime præteriti, & usque tunc nutare illa cæperunt, nam ob scissuram Suffragiorum dictum fuit, *Iterum proponatur, & hodiè reassumpto illorum examinae penitus corruerunt, cum prodierit Rescriptum, Recedendum esse à Decisio.*

Constitit enim à contrario de purificatione substitutionis Elisabeth Aucricis Cataldi ex Testamento Demophontis, in quo iste disposuit instituendo sibi hæredes Andreæ, Sebastianum, & Joannem Baptistam ex Bartholomæo fratre Nepotes, Cum hoc pacto, & conditione (sunt verba Testatoris) quod alter alteri moriatur, & alter uni, & si casus evenerit, quod supradicti Hæredes, sic ut suprà descripti moriantur absque filiis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu voluit, & mandavit succedere in dicta hereditate infra scriptas ejus Neptes feminas ex dicto q. Bartholomæo natus, & sutores respectivè dictorum DD. Andreæ, Sebastiani, & Joannis Baptistæ, videlicet Catharinam, Ma-

riam, & Elisabetham, nec alias, aliter nec alio modo; Undè cum post obitum Joannis Baptistæ cum filiis, & signanter Christina hodiè Rea conventa adhuc vivi superfluerint Andreas, & Sebastianus, atque ambo successivè decesserint sine filiis, superflite dicta Elisabetha sorore, inde sequitur, quod excepta portione Joannis Baptistæ, reliquæ duæ portiones, consolidatæ in Sebastiano ultimo defuncto, devolutæ fuerunt ad Elisabetham sororem, uti eidem expressè à Testatore substitutam, ea ratione, quod sicut fuerat ab eodem Testatore sub illa conditione, si sine filiis, quoad totum, ita, & multo magis vocata intelligitur quoad partem ad celebrè responsum Papiniani in leg. Hæredes mei §. Cum ita ff. ad Senat. Consult. Trebell. ibi: Fidei filiorum meorum committo, ut si quis eorum sine Liberis prior diem suum obierit, partem suam fratri superstiti restituat; Quod si uterque sine Liberis decedat, omnem hereditatem ad Neptem meam Claudianam pervenire volo: Defuncto altero superflite filio, novissimo autem sine Liberis, Neptis, prima quidem facie propter conditionis verba admitti non videbatur; sed cum &c. absurdum esse respondi, cessante prima substitutione, Partis Nepti petitionem denegari, quam totum habere voluit Avus, si novissimus fratris quoque portionem suscepisset; ex quo Doctores, & nostrum Tribunal communi opinione firmanunt, ut etiam vocatio Neptis, substituta licet, concepta sub conditione, ut in præsentì themate, si casus evenerit, quod hæredes supradicti, sic ut suprà descripti moriantur absque filiis, non tamen pendeat à casu præmorientiæ omnium sine filiis, ut dictum fuit in Decisione, quæ revidetur, sed satis sit, ut purificetur in uno, cum pluralitas resolvatur in distributivam, & in suas singularitates, & sic verificetur in portione cuiuslibet, qui decesserit sine Liberis, ita Bartol. in fin. ejusdem leg. Hæredes mei §. Cum ita, Peregrin. de Fideicommiss. art. 13. n. 56. Cardinal. de Luca eodem tract. disc. 95. n. 2. Rodulph. alleg. 92. nu. 2. Torr. var. tom. 1. tit. 2. qu. 19. n. 4. & seq. Crivell. decis. Dolan. 125. ex n. 65. Rota decis. 804. n. 1. & seq. part. 1. divers. decis. 296. nu. 4. coram Ludoviv. decis. 145. num. 1. & seq. part. 1. decis. 192. n. 9. part. 18. & plenè decis. 487. ex nu. 11. & decis. 521. n. 1. cum seq. part. 19. recent. tom. 2. & in Spoletana Immissionis 10 Januarii 1716. §. Sublata coram Eminentiissimo D. Cardinali Albann. Maximè, si, ut hic, non agatur de Descendentibus Testatoris, sed de Transversalibus, ut sunt Nepotes ex fratribus, & eorum descendentes, ut advertit Rota in dd. decis. 487. & 521. part. 19. in Romana, seu Januen. Bonorum impress. apud Balducc. Rerum Judic. tit. 3. decis. 47. num. 20. & decis. 48. nu. eod. in Auximana Bonorum super Fideicommissio Josephi quoad Reservata 18 Februarii 1715. §. Præcipuè, coram Eminentiissimo Domino Cardinali Scotto, & præcipuè decis. 71. post discept. Contr. num. fin.

Neque has Juris regulas tollit limitatio, de qua in decisione, quæ revidetur §. Non obstat, quod scilicet non procedant, quando substitutio est facta pluribus per collectivam universalem; tùm quia contrarium, quod nempè adhuc per resolutionem pluralitatis in singularitates admittatur Substitutus, decim habetur ex eodem Text. in leg. Hæredes mei §. Cum ita in terminis collectivæ universalis, ibi: Si uterque sine Liberis diem suum obierit, omnem hereditatem ad Neptem Claudianam pervenire volo, per quem de communiore etiam in terminis dictæ Collectivæ universalis testantur Peregrin.

- Peregrin. dicto artic. 13. nu. 56. Fusar. de Substitut. quest. 473. num. 105. Mans. consult. 219. num. 5. Torr. var. quest. Jur. dicta quest. 19. num. 5. versic. Et hæc sententia, Rota decis. 804. num. 1. & seq. part. 1. divers. & in dictis decis. 487. num. 7. & seq. & decis. 521. num. 2. & 3. part. 19. recent. cum aliis pariter in Spoletana Immissionis §. Absoluta coram Eminentiissimo Domino Cardinali Albann.; Tùm & fortius quia substitutio Elisabeth in Demophontis Testamento non est facta per collectivam universalem qualis fuisset si omnes, si uterque, sed sub conditione si supradicti hæredes, & sic retento sensu distributivo, sub quo fuerant instituti, ut bene ponderat Trentacinq. de Substitut. part. 2. cap. 6. numer. 35. Mans. dicta consult. 219. num. 5. & 6. vers. & ultra, Torr. dicta quest. 19. num. 4. & 5. versic. Ergo tanto, De Luc. disc. 95. num. 2. de Fid. Larrea decis. Granat. 61. num. 15. Rota eadem decis. 521. num. 5. & seq. part. 19. & allegat. decis. 48. num. 18. apud Balducc. maximè ob superaddita alia verba sic uti suprà descripti, quæ uti geminata, & relativa, magis repetunt qualitatem distributivam, sub qua iidem fratres fuerant scripti hæredes, & nostrum Tribunal communi opinione firmanunt, ut etiam vocatio Neptis, substituta licet, concepta sub conditione, ut in præsentì themate, si casus evenerit, quod hæredes supradicti, sic ut suprà descripti moriantur absque filiis, non tamen pendeat à casu præmorientiæ omnium sine filiis, ut dictum fuit in Decisione, quæ revidetur, sed satis sit, ut purificetur in uno, cum pluralitas resolvatur in distributivam, & in suas singularitates, & sic verificetur in portione cuiuslibet, qui decesserit sine Liberis, ita Bartol. in fin. ejusdem leg. Hæredes mei §. Cum ita, Peregrin. de Fideicommiss. art. 13. n. 56. Cardinal. de Luca eodem tract. disc. 95. n. 2. Rodulph. alleg. 92. nu. 2. Torr. var. tom. 1. tit. 2. qu. 19. n. 4. & seq. Crivell. decis. Dolan. 125. ex n. 65. Rota decis. 804. n. 1. & seq. part. 1. divers. decis. 296. nu. 4. coram Ludoviv. decis. 145. num. 1. & seq. part. 1. decis. 192. n. 9. part. 18. & plenè decis. 487. ex nu. 11. & decis. 521. n. 1. cum seq. part. 19. recent. tom. 2. & in Spoletana Immissionis 10 Januarii 1716. §. Sublata coram Eminentiissimo D. Cardinali Albann. Maximè, si, ut hic, non agatur de Descendentibus Testatoris, sed de Transversalibus, ut sunt Nepotes ex fratribus, & eorum descendentes, ut advertit Rota in dd. decis. 487. & 521. part. 19. in Romana, seu Januen. Bonorum impress. apud Balducc. Rerum Judic. tit. 3. decis. 47. num. 20. & decis. 48. nu. eod. in Auximana Bonorum super Fideicommissio Josephi quoad Reservata 18 Februarii 1715. §. Præcipuè, coram Eminentiissimo Domino Cardinali Scotto, & præcipuè decis. 71. post discept. Contr. num. fin.

præcis terminis docent Gabriell. conf. 131. num. 11. 48. lib. 1. Redenafch. conf. 14. num. 51. in fin. Handed. conf. 60. num. 59. lib. 1. Peregrin. de fideic. artic. 28. num. 19. Rodulph. dicta allegat. 92. num. 7. 11. & 12. & firmavit Rota apud Giovagion. post responsum 82. nu. 35. lib. 1. decis. 474. nu. 2. cum seq. coram Peutingen. dicta decis. 71. num. 4. & seq. post Contr. Discept. forens. & in rec. decis. 1. num. 5. part. 15. decis. 125. num. 5. part. 16. decis. 126. num. eodem part. 17. & dd. decis. 487. num. 16. cum plurib. sequen. & decis. 521. num. 4. pariter cum seq. part. 19. tom. 2.

Non suffragantibus præ inducenda vocatione etiam ad portiones Patruorum Conjecturis aliis admissis in decisione, quæ revidetur, Præmittendum quippe est, quod versatur in interpretanda dispositione Transversalis, in qua Conjecturæ ad dictum effectum debent esse urgentissimæ, & quæ respiciant ipsam Patruorum portionem. Hodiern. contr. 10. num. 5. Rota decis. 276. num. 2. part. 18. decis. 487. num. 28. par. 19. & dec. 61. num. 7. post Torr. de Major. tom. 3. quodque hic non agitur de inducenda vocatione dispositiva filiorum in conditione postorum ad portiones Patruorum, quando Patris non est datus alter certus substitutus, in quo casu loquuntur auctoritates pro Christina allegatæ; Sed prætenditur subintelligi debere vocationem dispositivam filiorum etiam ad portiones Patruorum ad effectum probandi, quod filii positi in conditione sint personæ prædilectæ ad excludendum substitutum nominatim datum portionibus Patruorum, casu quo obiissent sine filiis; quo casu cum tacita, & subaudita hæc interpretatio debeat destruere substitutionem certam, & expressam favore alterius designati substituti, conjecturæ debent esse tales, præsertim in Testamento Transversalis, ut valeant destruere expressam certæ, & cognitæ personæ substitutionem, pro cujus potius prædilectione, & vocatione præsumendum est, ut explicat Soccin. ad dictum Text. in l. Hæredes mei §. cum ita col. 1. Rodulph. dicta alleg. 92. nu. 11. Rota dicta decis. 487. num. 32. par. 19. recent. & in paribus terminis Juris accrescendi in allegata decis. 48. apud Balducc. num. 2.

Quales utique non erant eæ, quæ pro Christina adductæ fuerant; nam pleræque ex eis concurrerant etiam in responso Papiniani exposito per dictum Text. in l. Hæredes mei §. Cum ita quibus non attentis, adhuc ad exclusionem positi in conditione fuit admissus substitutus ad portionem defuncti sine filiis, quas quidem conjecturas concurrentes in dicto Textu reassumit distinctè Rota in dicta laudata decis. 521. nu. 1. & 2. & per tot. par. 19. & de reciproca signanter inter primos hæredes nullam vim faciente ad prædilectionem filiorum postorum in conditione, & ad impedimentum resolutionis Pluralitatis in singularitates expendant etiam Fusar. de substitut. quest. 473. n. 15. 118. Mantio. de Conjectur. lib. 11. tit. 5. num. 29. Hieron. de Leo decis. 121. nu. 56. Rota decis. 196. num. 6. coram Ja. me. Gregor. XV. decis. 804. num. 6. & seq. par. 1. divers. & decis. 82. num. 6. & 7. post Torr. de Pact. & etiam in decis. 487. num. 3. & seq. par. 19. sicut de substitutione facta in tota hæreditate, & omnibus collectivè vocatis (quæ tamen in casu nostro etiam deficit, quia Testator in casu obitus Hæredum sine filiis mandavit succedere in dicta hereditate infra scriptas ejus neptes, quæ verba expriment mentionem hæreditatis cum sensu distributivo, & resolutive, ut supra

supra dictum est) & firmat etiam Rota dec. 56. num. 31. post Torr. de major. tom. 3. & ad ornat. Card. de Luca lib. 10. tom. 3. dec. 56. num. 9. in fine ex eisdem Text. Littera tradunt Peregr. artic. 13. n. 35. & 59. & proseguitur Rota in mox allegatis Decisionibus, & praesertim dec. 487. n. 3. vers. & quia, & dec. 521. n. 1. & 2. par. 19. recen. & dec. 47. nu. 16. & seq. & dec. 48. nu. 8. & 9. penes Balducc. rerum Judic. tit. 3.

Ab his igitur praescindendo, & omisso etiam examine alterius Conjecturae deductae ex quo filii positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis, quam resellunt pariter in his terminis aliquae ex relat. decif. & consonat. dec. 401. num. 16. par. 9. tom. 2. decif. 244. nu. 10. & 11. rec. & in Romana Fideicommissi 25. Junii 1704. coram bo. me. Molines impress. apud ornat. Gard. de Luca de fideic. disc. 55. nu. 8. agendum unicè superest de duabus reliquis eratis ex digressu ad plures substitutionum gradus, & contemplatione agnationis.

Porro substantia, & efficacia harum conjecturarum, quarum altera nempe digressus ad plures gradus substitutionum enumeratur inter rejectas per dictum Text. in l. Haereditas in per Rotam eadem decif. 521. sub num. 2. par. 19. rec. elicitur ex ea Testamenti parte in qua Testator disposuit, quod dicti Haereditas, sic ut supra descripti, nullo unquam tempore possint, neque valeant dicta Bona, ut supra descripta, vendere, & alienare, nec quomodolibet dilapidare, & hoc ad effectum conservandi Familiam, & Agnationem de Neriis in perpetuum, & in infinitum usque ad 7. 10. & 20. gradum si fieri poterit ipsum Testatorem magis decorari, & ejus familiam ampliari &c. & in casu alienationis, & deteriorationis dictorum Bonorum tunc, & eo casu voluit, & mandavit, dicta bona, ut supra alienata, recuperari per ad. DD. Catharinam, Mariam, & Elisabetham ejus Neptes; Subsumendo exinde, quod perpetuas Ronorum in Familia verificari non possit, nisi vocatis filiis in conditione positus, quodque digressus habeatur usque ad 20. gradum, & contemplatio Agnationis in decorationem Testatoris, & Familiae sit expressa. Verum praeter quam quod videbatur ex hisce verbis non elici, nisi fideicommissum conservatorium in casu alienationis ut potè quia sunt restricta ad actus inter vivos ibi vendere, alienare, & quomodolibet dilapidare ex deductis dec. 620. num. 5. par. 19. rec. & in Ariminen. fideicommissi de Hippolytis 12. Aprilis 1717. §. Multoque minus coram R. P. D. meo Foscaro, ita ut non induceret gravamen in casu obitus, ut firmat Rota dec. 63. nu. 7. coram Zarate. Non obstante quod fuerit adjecta illa ratio: Ad effectum conservandi Familiam, & agnationem de Neriis in perpetuum; Cum hæc ratio magis corroboret alienationis prohibitionem, sed non indè inferatur ad fideicommissum restitutorium in casu obitus, ut bene probat Tor. var. Jur. quaest. tom. 1. tit. 2. quaest. 8. num. 28. Rota dec. 228. nu. 8. & seq. coram Celso, & in dicta Ariminen. fideicommissi de Hippolytis, ut §. Multoque coram R. P. D. meo Foscaro, maxime cum sit concepta absque ullo verbo dispositivo juxta pariter firmata per Peregr. de fid. artic. 14. nu. 11. & 18. Rota dicta dec. 228. num. 6. coram Celso decif. 300. nu. 22. in fin. & nu. 23. par. 1. & dec. 209. num. 14. par. 8. rec.

Utique etiam si exindè induci posset Fideicommissum descensivum in casu mortis, tale profecto non esset, nisi in singulis lineis Trium Nepotum à Demophonte institutorum, inter quos censetur

ab initio facta hæreditatis distributio, nec posset exindè inferri, ut hic requiritur, ad reciprocam linearem vocativam ad portiones quoque Patruorum diversas lineas constituentium. Rota in Romana fideicommissi de Goris 9. Maii 1701. §. Absque eo quod coram bo. me. Ansaldo, in Romana fideicommissi 8. Junii 1705. §. Nam quatenus coram clar. me. Card. Caprara atque in Bononien. fideicommissi de Elephantutis 27. Februarii 1708. §. 12. coram Reverendissimo P. D. Aldrovando, & in terminis hujus quaestionis Rodolphin. allegat. 92. nu. 28. & seqq. Nequè ampliari posset de linea ad lineam ob praefatam rationem Conservationis Familiae, & Agnationis de Neriis in perpetuum, quia cessantibus cæteris requisitis reciprocae linearis, hæc ratio considerata intelligitur in singulis Columnellis, & lineis hæredum Institutorum, Rocca adduct. concordan. disput. 17. n. 12. & proseguitur Rota in Romana fideicommissi de Goris eodem §. Absque eo quod coram bo. me. Ansaldo, & in dicta Bononien. fideicommissi de Elephantutis §. 12. & seqq. coram Reverendissimo P. D. Aldrovando.

Tollitque Dominis quamcumque in hac parte dispositionis difficultatem ea animadversio, quod Demophons Testator in dicto casu alienationis relatis verbis concepto, & ex quo tot argumenta in contrarium deducuntur restrictivè locutus fuit ad ipsos hæredes institutos, neque ullo modo substituit Contravenientibus eorum, aut aliorum fratrum filios quamvis supra positos in conditione; Imò etiam in Casu quo dicti Hæredes contravenissent, nominatim, & expressè vocavit prædictas ejus Neptes, inter quas Elisabetham. Undè repugnare visum est, quod in Portionibus Patruorum ex tali prohibitione, & dispositione elici valeat prædictio Filiorum in conditione positum, dum in istorum Concursu in dictis portionibus Patruorum fuerunt primò vocatæ, & prædictæ ipsæmet Neptes ex firmatis in puncto per Rotam decif. 63. nu. 5. coram Zarate. & decif. 287. nu. 9. par. 19. rec. dum praesertim data officica substitui appositione in casu præciso dictæ alienationis, ad excludendum hujusmodi substitutum proprio nomine vocatum numquam possunt Filii in conditione positi sub appellativo nomine filiorum censeri vocati ad Patruorum portiones, juxta magistras decisiones 1281. & 1487. coram Seraphin. quas in simili sequitur de Luca de fideic. disc. 21. nu. 5. Rota dec. 241. nu. 7. & seq. par. 9. & dec. 111. nu. 14. par. 13. rec.

Multo autem minus, dum ex eadem substitutione excluditur præsentia contemplatio Agnationis nequaquam aptabilis huic hypothese in qua nec Testator mentionem fecit Masculinitatis, & nedùm Masculos non prætulit foeminis, sed imò foeminas prætulit ipsis Masculis, eas in casu contraventionis expressè, ut dictum est, substituyendo De Luca de fid. disc. 70. nu. 11. Rota dec. 30. nu. 10. coram Dunozet. jun. d. dec. 241. nu. 5. par. 9. & dec. 111. n. 13. part. 13. in Eugubina fideicommissi 9. Maii 1707. §. Ipse coram me, & in Bononien. fideicommissi de Foscherariis 30. Aprilis 1717. §. Inter personas coram R. P. D. meo Foscaro.

Ex quibus fanè omnibus, vel asserta vocatio filiorum positorum in conditione totaliter remanet exclusa quoad portiones Patruorum ad quas tantum agit Cataldus ex persona Elisabeth suæ Auatricis, vel saltem negari non potest, quin reddita sit valde dubia, & difficilis, & hoc fanè sufficit, praesertim ne illa inducta sit ad exclusivem

nem dictæ Elisabeth expressè substitutæ, & quidem non ex fonte ipso vocationis, sed ex secundaria dispositione in prohibenda alienatione, & in Testamento non ascendentis, sed Transversalis, ut præter adductos supra §. Non suffragantibus probat Constantin. ad statut. urbis annot. 36. n. 280. Rota dec. 441. n. 16. coram Cerro, & dec. 79. num. 18. par. 18. rec.

Et ita ommissis levioribus; responsum fuit in secunda Causæ propositione utraque Parte &c.

R. P. D. CRISPOLTO.

E A D E M.

Veneris 26. Februarii 1723.

ARGUMENTUM IDEM.

SUMMARIUM.

- 1 Duæ sententiæ ex dispositione statuti Urbis habent vim trium.
- 2 Sententiarum validitas resultat ex revolutione actorum.
- 3 Sententiæ, quarum altera primam confirmat, sunt conformes.
- 4 Sufficit conformitas sententiarum in substantia.
- 5 Substitutus superstes succedit in portionibus præmortuorum.
- 6 Etiam quoad portiones illis delatas per præmortalitatem aliorum.
- 7 Substitutio si sine filiis pluribus facta, uno moriente cum filiis expirat.
- 8 Text. in l. si hæredi plures ff. de Cond. & dem. explicatur §. num. 9.
- 10 Verba si supradicti hæredes sunt distributiva.
- 11 Pluralitas resolvitur in singularitates propter verba prædicta.
- 12 Limita si instituti sint descendentes testatoris.
- 13 Secus si transversales.
- 14 Dicitur Et stat. disjunctivè nec requirit concursum copulatum in casu.
- 15 Dictiones tunc & eo casu stant demonstrativè, non taxativè.
- 16 Pluralitas resolvitur in singularitates etiam in substitutione concepta per collectivam, & de ratione.
- 17 Amplia si instituti non sunt descendentes Testatoris, sed transversales.
- 18 Filiorum positorum in conditione dispositiva vocatio secundum statum Urbis non procedit in portionibus patruorum.
- 19 Vocatio hujusmodi in fideicommissis transversalium non nisi per concludentes conjecturas inducitur.
- 20 Conjecturæ plures reselluntur ad trames Text. in d. L. Hæredes mei.
- 21 Agnationis contemplatio, & digressus ad plures gradus substitutionum recensentur inter conjecturas validas ad sensum Rotæ.
- 22 Immo illis deficientibus filii non censentur dispositivè vocati ad portiones patruorum.
- 23 Explicantur decisiones de hac materia loquentes.

DECISIO XX.

Immersionem ad Bona Fideicommissi quæ Demophontis de Neriis dandam esse Josepho Cataldo, uti hæredi Testamentario Elisabeth de Neriis vocatæ ad d. Fideicommissum, pronuncievat in prima instantia A. C. Cincius, & post-

modum in gradu Appellationis definitum fuerat per Reverendissimum D. meum Lancettam Decanum præviis geminis Decisionibus coram ipso editis sub diebus 20. Junii 1721. & 23. Februarii superioris Anni. Verum hujusmodi Judicatis, etsi conformibus, minime acquiescens Christina de Neriis, habito recursum ad Signaturam Justitiæ, Causam in suspensivo obtinuit mihi delegari cum Clausula; Constito de duabus, ad cujus trames in hodierna Audientia dato dubio: An constet de duabus, responsum fuit affirmativè, attenta validitate, conformitate, & Justitia utriusque Sententiæ, quæ proindè ex dispositione Statuti Urbis; quando proût in casu, res versatur inter districtuales, & circa Bona in Districtu Urbis existentia, habent vim trium, & rem judicatam constituunt ex cumulatis per Constant. ad d. Stat. annot. 55. nu. 1. cum aliis deductis penes Rotam coram Durano decif. 365. n. 1. & in Prænestina fideicommissi super reservatis 22. Januarii currentis anni §. Enim verò coram Me.

Validitas liquidem non contr overtebatur, nec controverti poterat tamquam probata ex revolutione Actorum juxta vulgatam decif. Caputagen. 2. 260. par. 2. ac conformitas evidens readebatur, dum prima Sententia confirmat secundam, ut notat Gloss. in Clem. 1. verb. aliquis de Sent. & re 3. judic. Rota in Romana Prælationis 28. Januarii 1692. §. Conformitatem coram clar. mem. Card. Cavalierino, & in Avenionen. Primogenituræ, seu Concursus super executione Sententiarum 3. Julii 1702. §. Sententia enim cor. b. m. Caffarello. Tametsi in dicta prima Sententia A. C. favore Septimæ, & Petronillæ tunc in Judicio existentium præservata extiterit tertia Pars dictorum Bonorum, quæ in Bartholomæum juniorem illarum Patrem obvenerat, & in secunda Reverendissimi Domini Mei Decani, nulla facta mentione earumdem Sororum, simpliciter reservata legatur cognitio super quantitate, & identitate eorundem Bonorum. Tum quia eadem Sorores primo Judicio acquieverunt, nec litem in nostro Sacro Auditorio prosequente sunt; quapropter nullam mentionem de earum Juribus fieri oportuit in dicta secunda Sententia; Tum etiam quia utraque Sententia convenit, quoad qualitatem, & substantiam concedendi in genere Immersionem, quod sufficit ad inducendam utriusque Sententiæ conformitatem, ut proseguitur Rota cor. Durano d. decif. 365. sub n. 3. & in d. Avenionen. Primogenituræ, sive Concursus super executione Sententiarum 3. Julii 1702. §. Quia satis etsi coram bo. me. Caffarello.

Justitia verò, ad quam in substantia tota quaestio reducebatur, emergere visa est ex integro tenore dispositionis Testamentariæ Demophontis fideicommittentis, qui sibi scripsit universales Hæredes: Andream, Sebastianum, & Joannem Baptistam ejus Nepotes (sunt verba Testamenti) cum pacto, & conditione, quod alter alteri moriatur, & alter uni, & si casus evenerit (quod Deus avertat) supradicti DD. Hæredes sic, ut supra descripti, moriantur absque filiis legitimis, & naturalibus tunc, & eo casu voluit, & mandavit succedere in dicta hæreditate infra scriptas ejus Neptes feminas &c. videlicet DD. Catharinam, Mariam, & Elisabeth. Undè cum ex dd. tribus Hæredibus primò obierit Joannes Baptista cum filiis, quorum hodiè superest eadem Christina, ac postmodum decesserit Andreas absque ulla Prole, cui successerit Sebastianus ex reciproca inter eos ordinata per Testatorem, & ultimo loco pariter sine filiis diem suum obierit idem Sebastianus, utique ad Bona eidem